Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui unum solum deum predicant quem patres i-
psorum. Abraham. Ysaac et Iacob. adoraverunt
Semen tamen quod seminant alienum et diversum
ab eis est. quia et si relictis ydolis unum deum quem
iudei predicant gentes adorent. ipsum tamen unum
in trinitate venerantur. In die igitur qua ipsi plan-
tant tolla illorum plantatio et predicatio non
dum mitis et matura uva est sed labrusca quia
non integra fides est sed fidei quoddam initium i-
mane autem semen illorum quia hac nocte transact-
a cum ultimus dies advenerit videbunt ecclesiam
florentem et fulgentem cui omnia usus instrumenti scia
ipsi ministraverunt. Et auferetur ab eis tunc messis
et fructus sui laboris qui se hereditatem suscipere i-
sperant. Unde et graviter dolebunt dum se reprob-
ari et alios in suum locum vocari conspexerint.

Ab multitudini populorum multorum
et multitudini maris sonantis et tumultui
turbarum sicut sonitus aquarum multarum so-
nabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium
et increpabit eum et fugiet procul et rapietur sicut
pulvis montium a facie venti et sicut turbo sic
turbo coram tempestate. In tempore vesperi et ecce turba-
tio in matutino et non subsistet. Hec est pars eorum
qui vastaverunt nos et sors diripientium nos.

Nos quidem dicit propheta et civitates nostre secundum
quod a domino prenuntium est vastabuntur et diripie-
ntur. Ve tamen multitudini sonantis maris. idest
populorum multorum qui hoc facturi sunt et ve
multitudini tumultus turbarum qui sic venient
super nos quasi sonitus aquarum multarum. Sona-
bunt enim populi sicut sonitus aquarum inundan-
tium in terra nostra. Sed quid tunc dominus facturus
est. Vis audire quid. Increpabit eum dominus et
fugiet procul vix cum decem viris de omni exercitu
sibi relictis. et rapietur exercitus eius sicut pulvis
montium a facie venti et sicut turbo coram tempestate.
Hoc autem in tempore vesperi incipiet et ecce subito tanta
turbatio veniet in eos ut in matutino nec subsis-
tat. Hec est pars eorum qui vastaverunt nos idest
Sennacherib et exercitus eius et sors diripientium
nos. Quia una nocte ceciderunt de eis centum octogin-
ta quinque milia. Hoc autem et de dyabolo intelligi
potest qui cum prope finem huius mundi omnia si-
bi regna per antichristum subiecisse putaverit subito cum
toto suo comitatu tradetur perpetuis flammis.

C. 18.

Ve terre cymbalo alarum que est trans flumina
ethiopie qui mittit in mare legatos et in
vasis papiri super aquas. Ve inquit terre egip-
ti que est trans flumina ethiopie. Ve cymbalo ala-
rum idest eidem gentium que longe volando mendatia sci-
et cum se ipsam defendere nequeat legatos cum epi-
stolis ad alios mandat in quibus auxilium suum pol-
licetur. Sicut enim Damascus deleta est qui in ea con-
fidebat israel sic et egiptus perit in cuius auxilium sperabat
ierusalem. Allegorice autem ve cymbalo alarum idest heret-
icis qui longe lateque volando in aliis cymbala portant
transeundo predicant quascumque terras tetige-
rint statim sue heresis quasi cymbali sonitus rep-
lent. Ve regi illorum cuilibet videlicet heresiarche
qui cum vasis papiri idest cum libris errorum plenis
omnes mundi huius aquas et populos legatos i-
mittit. Que enim tam cito doctrina ut heresis vo-
lat et terram replet. Nam et iudei in principio fi-
dei christiane ubique suas epistolas miserunt ne quis
in christum credere vellet.

Ite angeli veloces ad gentem convulsam et dilace-
ratam ad populum terribilem post quem non est alius
gentem expectantem et conculcatam cuius diripuerunt
flumina terram eius. Quos modo legatos dixerat
nunc angelos appellat. Ite inquit angeli veloces
ad gentem iudeorum convulsam de sede sua et di-
laceratam ab assyriis et a multis gentibus ad popul-
um quondam formidabilem et terribilem post quem
non est alius. qui et in bonis quamdiu deus cum illo
fuit et in malis postquam eum dereliquit ei com-
parari possit. Ad gentem prius dei misericordiam nunc
vero omnem miseriam expectantem. Que ab omnibus
conculcata est cuius terram diviserunt reges et principes
quos per flumina intelligimus diripuerunt. Hec
autem totum et de hereticis intelligi potest qui suis con-
gregationibus assidue nuntios mittunt eosque
decipiunt et subvertunt.

Omnes habitatores orbis qui moramini
in terra cum elevatum fuerit signum in montib-
us videbitis et clangorem tube audietis. quid ego faciam
Sive etiam domino ad iudicium veniente quando
signum. Cum inquit hostes cum signis milita-
ribus super egiptum et cum tubis venerint tunc et vi-
debitis et audietis quid ego faciam. Sive etiam domino
ad iudicium veniente quando signum crucis in celo ap-
paruerit et angeli tuba clangent tunc omnibus
habitatoribus orbis quid dominus sit facturus
manifestabitur.

Quia hec dicit dominus ad me quiescam et con-
siderabo in loco meo sicut meridiana lux cla-
ra est et sicut nubes roris in die messis. Hec igitur
propheta dominus ad me quod in tempore quo egiptus
captivabitur sive magis quo totus mundus i-
udicabitur. dominus in templo sancto suo domini